

**haliaetos**, **i.** subs. m. **FORMA** haliaetos; **nom.** haliaetus, **acc.** haliaeton. **ETYM** ἁλῖαιετος 'aquila marina'. **DROM** cast. haliето. [**FREQ** minima **10** <sup>indicia</sup> **0,64** /d.c.m. **1-99** Ps VERG] *uocabulum textis litterariis, et uersu et prosa, usibus doctis mediisque, narrando aptum; item textis technicis ad historiam naturalem pertinentibus.*

| VARIATIO    |            | indicia | p <sup>/d.c.m. subc.</sup> |
|-------------|------------|---------|----------------------------|
| OPERUM      | exponens   | 3       | 1                          |
|             | narrando   | 7       | 1,3                        |
| DIACHRONICA | I-II ec.   | 8       | 2                          |
|             | III-V ec.  | 2       | 0,23                       |
| DIAPHASICA  | docta      | 4       | 1,9                        |
|             | media      | 6       | 4,4                        |
| DIASTRATICA | litteraria | 7       | 0,53                       |
|             | technica   | 3       | 1,1                        |
| MODUS       | prosa      | 6       | 4,4                        |
|             | uersu      | 4       | 2                          |

¶ **a** (*Pandion haliaetus*) *auem rapacem designauit magnae aciei* • *designó un ave rapaz, el águila pescadora o haliето, de gran agudeza visual* [**HYPER** aquila<sup>at</sup> **SIM** anataria, aquila marina, morphnos, percnus, plangus] **79** PLIN Nat 10.8. *genere aquilarum haliaëtos, clarissima oculorum acie, librans ex alto sese uisoque in mari pisce praeceps in eum ruens et discussis pectore aquis rapiens.* 📖 **GLOSS** 5.560.33. noctua. 5.560.37. *alictum auis similes aquilae, sed maior, tamen minor uulture.*

*quae pullos solem directim aspectare cogere dicebatur, ut ii qui perseuerare possent soli educarentur* • *de ella se decía que obligaba a sus polluelos a mirar el sol de frente y que solo eran criados los que pasaban la prueba* **79** PLIN Nat 10.10. *haliaëtus tantum inplumes etiamnum pullos suos percutiens subinde cogit aduersos intueri solis radios et, si coniuentem umectantemque animaduertit, praecipitat e nido uelut adulterinum atque degenerem. illum, cuius acies firma contra stetit, educat.*

*item diuersarum genus aquilarum proles esse* • *también se llegó a decir que era el producto de la unión de diversos tipos de águila* **79** PLIN Nat 10.11. *haliaëti suum genus non habent, sed ex diuerso aquilarum coitu nascuntur.*

**b** *notus Nisonis, regis Megarae, casus fuit in quo per prodicionem ab sua filia Scylla interitus est, illo in hanc auem conuerso, hac in cirin* • *fue famoso el episodio en que Niso, rey de Mégara, encontró la muerte por la traición de su propia hija Escila, siendo el uno transformado en este ave y ella en martinete (ciris)* **1-99** Ps VERG Ciris 204. *uos ... caeruleas praeuertite in aethera nubes, qua nouus ad superum sedes haliaetos et qua candida concessos ascendat ciris honores.* 528. *deum rex ... reddidit optatam mutato corpore uitam fecitque in terris haliaetos ales ut esset, quippe aquilis semper gaudet deus ille coruscis.* **180** HYG Fab 198.4. *Nisus autem dum filiam persequitur in auem haliaeton, id est aquilam marinam, conuersus est.* 📖 PHILARG Verg Georg 1.404. *illa in cirim conuersa est, item pater eius Nisus in haliaetum.*

*quorum inimicitia sempiterna fuit* • *se contaba que su enemistad fue duradera* **1-99** Ps VERG Ciris 536. *inter sese tristis haliaetos iras et ciris memori seruant ad saecula fato.* **2-8** Ov Met 8.146. *Cirim pater ut uidit (nam iam pendebat in aura et modo factus erat fuluis haliaetus alis), ibat, ut haerentem rostro laceraret adunco.*

**c** *animal immundum Iudaeis fuit* • *fue animal inmundo para los judíos* [**HYPER** immundum Iudaeis animal] **390-406** Vul Deut 14.12. *ues immundas ne comedatis: aquilam scilicet, et gryphem, et haliaetum.*